



CONSTANTINO HUGENIO V. N. IANVS BODECHERVS
BENNINGIVS S. P. D.

Verba non poteram invenire, Vir Nobilissime, cum tibi nuper adesset, ut Panegyricum in Illustrissimum Principem Auracum haberem, quibus explicarem affectum meum, & magnam sed veram quam concepti de te existimationem. Cum fere puer adhuc te tuamque ingenium dicebam suspicere, legi & serio Satyram tuam in verum abusus, atque Batava Tempe, in quibus poematis & Patria nostra & huius seculi genium longe superasti. Posteaquam studium tuum erga Musas inter otia magis magisque crevit, crevit quoque & aetas, & iudicium meum, & tui admiratio, adeo ut quiescere non quiverim, antequam te videndi loquendique copiam nanciscerer. Optabam quidem tibi prius immotuisse, & cum edebam Belgicos Rhythmos, in quibus aliquando tui imitatio apparet, meam voluntatem tibi probare flagrabam, & nominis tui famam obsecuram scriptionem exornare, verum illud attentare non audebam. Ceterum nunc expertus sum insignem humanitatem cum tam rara eruditione ac civilitate conjuncta, & inter maximam felicitatis meae partem status, quod tecum sermonem habere liceret. Neque sane dubito, quin, te intercessore, Illustrissimo Domino Principi conamen meum placuerit, & quia benigna fronte acceperit quod a Patria amantissimo offerebatur. Fateor:

ut fontis ebraei proci caballino,
ut in bicapite somnia & sparna
ut enim, ut respondit sit poeta prope dnm.

Fateor etiam, alium non debere Ulyssis prudentiam atque Achillis fortitudinem cantare quam Homerum, si elegantur digni meritis semper buccinatores, at ipsi Diis quandoque farre fit ac parco admodum thure. Ego profecto ab hac me fatiffecisse arbitror, si me bonum civem ostendit, & dummodo hoc fuerint consequutus, Virgilij ac Claudian aliorumque Magnanimorum Poetarum Mores invidia non laesbo. Quod autem nunc tibi molestus sim hisce literis ignoscas rogo: nam id nulla ex alia causa est profectum, quam ut resicem tibi mei memoriam, & ut efficiam, ne cultorem tuum tibi clabi sinas. Etenim dum ad amicum meum, qui hasce tibi tradit, scribebam, non potui supersedere te insuper compellere. Vale Vir Nobilissime ac Doctissime, meque, qui te ex animo veneror, ama. Lugduni Batavorum ad diem xlii Ianuarij: MDCCXXII.

Nobilissimo
Ro. AUGUSTINO, Episcopo, Vice, CONSTANTIN.
Parcha, & Illustissimo Principe. Do-
Confilij & Secretis. Hagam Comitib.
Hagani Comitis.

Amica manu.